

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IV](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - IV, 13 : De Venere](#)

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 13 : De Venere

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[43\] : De Venere](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 13 : De Venere](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 14 : De Venus](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 13 : De Venus](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ),

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination119r°-125v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Vénus](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

ac perpetuam & felicitatem & gloriam denique largiatur. Ac de Chirone fati, nunc de Venere rerum omnium parente dicatur.

De Venere.

Cap. XIII.

Venerem illam, quam vulgus mortalium deliciarum, voluptatūque omnium, & blanditiarum, & elegantiz Deam esse putavit, natam esse fabulantur ē Cœli genitalibus partibus à Saturno cœlis, & in mare proiecta sine matre, ex illa spuma scilicet, quæ ex illarum iactu in summa æquæ parte exorta est. Hanc, ne turere turpiter, & iumentorum in morem libidine agitari viderentur homines, unâ cum filio Cupidine introduxerunt, & pro Diis coluerunt; quorum in potestate esse dixerunt omnia commoda ad libidinem spectantia largiri. Nam si de medio Veneris & Cupidinis nomina tollantur; aut, si non Dei, sed desideria & impetus naturæ, illi esse credantur, ut re ipsa sunt, quid reliquum erit nisi scdissimum & turpissimum libidinis, effrenatæque lasciviz nomen? fecit igitur apud imperitos homines horum nominum creditorum Deorum inventio, ut minus turpe facinus coitus, & animalium coniunctio putaretur. Hęc res sanè ut necessaria propè est animalibus, ita frequens & immoderatus eius vsus in multa adducit illegitima, corruptiq; & animom labefactat: ad qua in re ut honestior culpa libidinosorum videatur & currus triumphantium, & caltra, & insignia Veneri & Cupidini tribuerunt. Verum quod turpe est, cum nullo nomine fieri honestum possit, nos libidinum furorem impuris hominibus & immundis sibus ac equis relinquentes, quæ de Venere fabulosa dicta sunt ab antiquis inuestigemus. Tibullus libro primo Elegiarum hanc ē spuma maris & sanguine Cœli, ut dictum est, natam arbitratur in his;

10

10

Nam fuerit quicumq; loquax, is sanguine natam,
Is Venerem e rapido sentiet esse mari.

Sic etiam Musæus in Leandro;

*ἀνδρῶν ἐστὶν ἡ ἀπειρὸς ἀπίστωτος ἔστι θεοῦ γενεῆ;
καὶ κρητὶν πῶς κατὰ καὶ ἄλλοις ἰδωμένοι;*

30

An nescis Venus orta maris de semine quod sit?
Imperat hæc vndis, nostrisq; doloribus ima.

Cum nuper nata fuisset Venus, hanc ex vndis maris egredientem ambabus manibus ē capillis, & ē facie aquam marinam expressisse inquirunt; quare omnium pictorum tunc princeps Apelles Cous celeberrimam illam Venerē emergentem, quæ diuinum prope opus creditum fuit, pinxit: cuius mirabilitatem & præstantiam ita expressit Sidonius Ant. pater;

*ἴδεν ἰσχυροῦς ἄσπετος ἄσπετος ἄσπετος
καὶ πρὸς ἀπὸ ἄλλων καὶ ἄλλων ἰσχυροῦς.
ἔστι χροῖον μὲρ ἰσχυρὸν διαβροχῶν ἄσπετος καὶ ἄσπετος,
ἰσχυροῦς ἰσχυροῦς ἄσπετος ἄσπετος ἄσπετος.
ἄσπετος τῶν ἰσχυροῦς, ἄσπετος ἄσπετος, καὶ ἄσπετος,
καὶ ἄσπετος ἰσχυροῦς ἄσπετος ἰσχυροῦς.*

40

Egressam nuper Venerem de marmoris vndis
Aspice, præclari nobile Apellis opus.
Exprime æquoream manibus de crinibus vndam.
E longis spumas exprimit illa comis.

H4

Mythologia.

Hæc visa Pallas sic cum Iunone oculata est;

De forma Veneri cedere iure decet.

Fertur in concha margaritarum feraci fuisse concepta, in qua etiam nauigauit in Cyprum; quare cum de formosa muliere loqueretur Venus apud Papinium, illam dignam esse inquit quæ sua esset soror, & in eadem concha nauigare, ut patet ex his carminibus;

Hæc & cœruleis mecum confurgere digna
Fluctibus; & nostra potuit confidere concha.

10 Hanc vero fuisse ab Horis educandam susceptam, postquam in Cyprum super vndis à Zephyro fuit delata, testatur Homerus in hymno quodam in Venerem his carminibus;

Δίττιο χροστὶ φασὶ καλὴν ἀφροδίτην
Ἄστρου, ἢ πάσαι ἀπὸ τοῦ ἀφροδίτου διότι χροστὶ
διότι χροστὶ φασὶ καλὴν ἀφροδίτην
ἔπειτα κατὰ κύμα πλοῦσι φασὶ καλὴν ἀφροδίτην
ἀφροδίτην καλὴν. τὴν δὲ χροστὶ φασὶ καλὴν ἀφροδίτην
ἀφροδίτην ἀφροδίτην, ἀφροδίτην ἀφροδίτην ἀφροδίτην

20

Formosam canto Venerem, cui tempora fertis
Aureis cinguntur: cui Cypri terra marinx
Florida paret: eam Zephyrus quò dulcis & aura
In molli spuma pepulit super æquoris vnda.
Molliter hanc Horæ ceperunt, vestibus illam
Diuinis texere: quibus nodantur in aurum
Crines: reticulumq; legit capitis decus ingens.

Hic enim poeta non in concha, sed vna cum spuma delatam fuisse in Cypri sensit. Scriptum reliquit Cice. lib. 3. de Natura Deorum ita & plures Veneres fuisse, & illas è diuersis partibus fuisse ortas; Venus prima cælo & Diæ nata; cuius Elide delubrum videmus. Altera spuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus. Tertia Ioue nata & Diõe,

30

quæ nupsit Vulcano. Sed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Veneres tres fuisse scripsit Pausa. in Bæoticis, quar vna Cœlestis, altera Populæ, altera Apostrophia dicta est. At Diuinus Plato in Conuiuio duas esse Veneres, & duos Cupidines inquit in his;

πάντες γὰρ ἴσμεν, ὅτι τὰν ἑστὶν ἀφροδίτην τὴν παλαιὰν ἢ καὶ νεωτέραν, ἢ καὶ τὴν ἑστὶν ἀφροδίτην τὴν παλαιὰν ἢ καὶ νεωτέραν, ἢ καὶ τὴν ἑστὶν ἀφροδίτην τὴν παλαιὰν ἢ καὶ νεωτέραν, ἢ καὶ τὴν ἑστὶν ἀφροδίτην τὴν παλαιὰν ἢ καὶ νεωτέραν. Omnes enim scimus quòd nulla est Venus sine Cupidine: quæ si vna sit, vnus erit etiam Cupido. At cum sint duz, binos esse Cupidines necesse est. At quo pacto non duz sine Deæ? altera siquidem antiquior & sine matre Cœli filia existit, quam cœlestem nominamus; altera iunior Iouis & Diõnes, quam vocamus Populærem. At Orpheus tamen in hymnis eandem & Cœlestem, & maris filiam nominauit in his;

40

ἐφροδίτην ἀφροδίτην, ἀφροδίτην ἀφροδίτην,
Ποσειδῶν, ποσειδῶν ἑστὶν ἀφροδίτην.
Cœlestis, genitrixq; sonori filia Ponti,
Leticisq; parens Venus.

Hanc alii nominatam fuisse putant à spuma, cum ἀφροδίτη spuma sit apud Græcos dicta, alii ab Aprile mense, quòd eo mense nata fuerit, ut testari videtur

detur Horat. in quarto Carminum ;

Ut tamen noris quibus aduocaris
Gaudiis, idus tibi sunt agenda,
Qui dies mensis Veneris marinx Findit Aprilem.

Ferunt eam perpulchris vestibus ornatam in celum ab Horis ductam postea fuisse, cuius Dii omnes de xtra complexi sunt, ac singuli vxorem sibi dari ob formæ præstantiam cupierunt, vt ait Home. in hymn. cum igitur hanc Dionæ filiam esse dixerit Theocritus in Syraculis hoc pacto;

*καὶ τὴν Διονείην τὴν μὲν ἔθεον ἔσθ' ἄνθρωπος
ἐθέλοντα, ἢ μὴ, ἰσχυρὰς βίβραται.*

10

Nunquam posse mori mortalem tu Beronicen,
Fabula vt est, olim dederas Venus orta Dionæ.

Sic Virgi. illam Iouis filiam dixit;

Olli subridens hominum fator atq; Deorum,
Vultu quo cælum tempestatesq; Ierenat
Oscula libauit natæ; dehinc talia fatur.
Parte metu Cytheræ.

At Epimenides Cretensis Saturni & Euousymes filiam fuisse Venerem ita inquit.

*Ἐπιμένειδ' ἰσχυρὸν Σάτυρον ἔπεισι ἀναδραπέτην,
ἢ τὴν καθ' ἑαυτὸν γένεσι χροῖα δ' ἄφρονας.*

30

Euousymen teneram Saturnus duxit, ab illa
Nascitur alma Venus sparsis per colla capillis.

Communi or tamen sententia fuit qd e mari & e spuma nata fuerit, quodque ad Cytherum montem primum appulerit, atque inde in Cyprum, sub cuius pedibus flores oriebantur, vnde dicta fuit Cycherea, vt testatur Hesiod. plurib⁹ verbis in Theogonia. Verū de prima Venere Cœli ac Dicit filia nulla est prope mentio apud antiquos scriptores; at de posteriore nulla habita generis differentia permulta scripserunt poetæ. Enimvero cum e mari nata putaretur, inter sidera vel Deos nautis salubres ita numeratur ab Horatio;

sic te diua potens Cyprî,
Sic fratris Helenæ lucida sidera,
Ventorumq; regat pater.

10

Huius Dex armiger Bacchus su ille dicitur. Hanc primam artem meretriciâ exercuisse & inuenisse inquit, quare amantium Dea credita est. Numeratur hæc eadem inter Deos nuptiis præfectos, vt ait Pausanias in Messeniâs, & Plutarchus in Problematibus, qui præfectos esse nuptiis Iouem adultum inquit, Iunonem adultam, Venerem, & Suadelam, & Dianam. Hæc eadē quia ridens, vt ait Hesiodus, nata est, lætitiæ omnis & risus amica, quibus amor conciliatur & delectatur, credita fuit, vt innuit in his Hora.

Sive tu maus Ericina ridens,
Quam locus circum volat, & Cupido.

10

Quare effectum est, vt φιλώμενος fuerit a poetis sæpius nominata. Atque cū certa munita sint Dii singulis, certaque officia concessa, merito a Ioue reprehenditur cum vulnerata fuisset in Martis officium irrumpere ausa, hortaturque illam Iupiter matrimonia curare, vt est apud Home. in lib. 4. Iliad.

*ἤτοι τὴν καθ' ἑαυτὸν γένεσι χροῖα δ' ἄφρονας.
ἐπὶ τὴν ἑαυτὸν γένεσι χροῖα δ' ἄφρονας.
ἀλλὰ τὴν ἑαυτὸν γένεσι χροῖα δ' ἄφρονας.*

ταύται

Mythologiæ

καὶ ἐπὶ τῆς θεῆς, καὶ ὁ δὲ θεὸς ἠγάπησεν

Tum Venerem alloquitur, tum soluit talibus ora.

Illis, non ars est tibi bellica tradita: sed tu

Virgineas tixas, sed tu œnubia cura.

Hæc Mars, hæc teneat communia munera Pallas.

Cum his præset muneribus Venus illi merito baltheum iniunxerunt, siue cestum discolorum, in quo Suanitas, & Dulcia colloquia, & Benevolentia, & Blanditiæ, Suasiones, Fraudes, Veneficiaque includebantur, de quo ita scripsit Homerus Iliad. 7.

10

ὦ, ἐπὶ τούτοις ἄλυσται αὐτῆς ἰαλίτα,

πικρὰτα, ἵβη δὲ ἰβηλακτόρα πάντα κίττατι,

ἔσθ' ἵα μὴ φιλίαν, ἰσὶ ἴριμα, ἰσὶ ἴσθ' ἴα

παφασιν, ἔτ' ἔλαδι, τίμ' ἀνὰ κρητὸν φρονίοντα

Sic ait; & lorum cesti de pectore soluit;

In quo Blanditiæ plures mortalia corda

Mulcentes inerant, Sermo iucundus, Amorq;

Gratia; quæ mentem falsam dulcedine fucant.

Scriptū est ab Herodoto in Melpomene Enaries & Androgynos populos dicere solitos se per virgas salignas vaticinandi artem à Venere accepisse, ut est in his; *ἰσὶ ἴσθ' ἴα, καὶ ἰσὶ ἀδελφίαν, καὶ ἀφροδίτην καὶ ἄνδρα καὶ ἴσθ' ἴα.* Faterentur Enaries & Androgyni Venerem sibi artem vaticinandi tradidisse. Hæc Dea cum amores blanditiasque curaret, ita blanda fuisse dicitur, ut vel iuramenta eorum, qui per ipsam peierassent, rideret: ut asserit Tibullus in primo Elegiarum hoc pacto;

20

Nec iurare time: Veneris perioria venti

Irrita per terras, & freta longa ferunt.

Hanc Deam finxerunt antiqui in curru vehi, quem alii à cygnis trahi autumarunt, ut ait Ouid. lib. x. Metam. his versib.

ὦ, ἴα λευκὸν ἄνδρα, ἴσθ' ἴα, καὶ ἴσθ' ἴα

ἴσθ' ἴα, καὶ ἴσθ' ἴα, καὶ ἴσθ' ἴα

30

Cytron olorinis nondum pervenerat alis.

Idem postea poeta lib. 15. eiusdē operis illum à columbis trahi inquit in his;

ὦ, ἴα λευκὸν ἄνδρα, ἴσθ' ἴα, καὶ ἴσθ' ἴα

ὦ, ἴα λευκὸν ἄνδρα, ἴσθ' ἴα, καὶ ἴσθ' ἴα

Litus adit Laurens.

Sappho tamen eius currum à passeribus salacissimis aibus trahi finxit, alii putarunt passeres esse Veneri consecratos; quia τῆς ἠὲ vocantur, quo nomine aliquando membrum virile vocatum fuit, ut testatus est Pherecydes. Tribuerunt illi sagittas præterea, ut significavit Euripides in Medea his carminibus;

40

ὦ, ἴα λευκὸν ἄνδρα, ἴσθ' ἴα, καὶ ἴσθ' ἴα

ὦ, ἴα λευκὸν ἄνδρα, ἴσθ' ἴα, καὶ ἴσθ' ἴα

Nunquam Regina nobis

Ab aureo arcu dimittas

Dulcedine vngens certam sagittam.

Et Iulianus Aegyptius in his;

ὦ, ἴα λευκὸν ἄνδρα, ἴσθ' ἴα, καὶ ἴσθ' ἴα

ὦ, ἴα λευκὸν ἄνδρα, ἴσθ' ἴα, καὶ ἴσθ' ἴα

Vsq; Venus plenam didicit portare pharetram,

Atq; arcus, longè spicula quæ feriunt.

Atquē

Atqui cum varix essent Veneres, varii fuerunt illarum cultus, & ritus sacrorum : nam Veneri illi, quæ cœlestis dicta est, vinum offerre in sacrificiis minime licuit, ut testatur Polemo in illo libro, quem scripsit ad Timzum his verbis ; ἀδραστήριον γὰρ ἐστὶ τὸ πινόμενον ἐπιμαλῆος βρῆσι, καὶ τὰ πρὸς τοῦ Διὸς ἵουσι, καὶ ἄλλοις ἰσοῖσι Διούσι, ῥημιτικῶν, ῥοῦσαν. οἴ, ἄλλοι, πάλιν, ἐνμφων, ἀφροδίτη ἰέρεια.

Athenienses harum rerum obseruandarum studiosi, & in sacrificiis Deorum faciendis diligentes ac pii, Nephalia sacra faciunt Mnemofynæ, Musis, Auroræ, soli, Lunæ, Nymphis, Veneri cœlesti. quamuis Pythium oraculum postea iussit mel atque liquentia uina, ut dictum est Nymphis offerre. uocata sunt Nephalia illa sacra à sobrietate, quoniam uinum omnis propè intemperantiæ fundamentum, in illis nesciretur. tum ligna quoque illa Nephalia dicta sunt, ut sensit Philochorus, quæ neque è genere ficuum, neque uitiuum essent, quæ in sacrificiis Deorum ueretur. Lucianus in Dialogis metricis uidetur aliam cœlestem putasse Venerem, aliam popularem, quam publicam uocauit, aliam Hortensem : atque publicæ captam candidam mactari significat, Hortensæ & cœlesti iuuentam. Alii tamen putarunt iuuentam, Mineræ mactari oportere, quod illi esset sacra, ut fuit agnus Iunoni, Iidi anser, Veneri columba. Sed Strabo libro nono suæ etiam admissos aliquando fuisse ad Veneris sacrificia scribit. Quod aliud esset ritus popularis Veneris, alius cœlestis, testatus est Pausanias in Atticis, qui etiam primum Theseum popularis Veneris & Suedelæ cultum apud Athenienses induxisse refert. Dicta est Venus à Latinis quod ad omnia ueniat, ut ait Cic. in secundo de Natura Deorum ; Quæ autem Dea ad res omnes ueniret, Venertem nostri nominarunt. Maximam eius potestatem fuisse significauit Sophocles ita in Trachiniis cum semper uictoriam reportet ;

10

10

*Μίγαις ἐβίβη δὲ
Κύπρις, ἐπιφύλαξ ἱκαστῶν.*
Magnum quoddam robur
Venus, refert uictorias semper.

Idcirco præclarè Leonidas inquit in armatam Venerem frustra illam armati in homines, cum uel Martem ipsum bellorum Deum nuda uicerit, hoc pacto;

30

*Ἄρρη ἔττα ταῦτα, τίς γάρ τοι ἠκούσθη
Ἐπίκυρα, καὶ τίς ἐπὶ φέροντα βαρῆς ;
Ἀντίοι, ἄρρη ἔττα γὰρ ἀφύλακτοι : ἰδὲ Λίαντος
Καὶ Διὸς ἀφροδίτην ἴδωκε μὲν ἐν ἱστέροις.*
Hæc Martis sunt arma, Venus cur cingeris istis ?
Cur Cytheræa genis tam graue pondus iners ?
Mars est à nuda uictus ; cum cesserit ipse
Vel Deus, hæc frustra num geris arma uiris ?

Tantæ uero eius uires dicuntur esse, ut nullus prope sit Deorum, qui Veneris imperio non cesserit ; quæ cœlo, & terris, & omnibus elementis credita est dominari ; quare omnia ab illa produci scripsit Eurip. in Coronifero Hippolyto, omniaque illius imperio parere, ut est in his carminibus ;

40

*Κύπρις γὰρ ἐν φερταῖς, ἐν πολλῇ γῆνι
ἢ, τίς μὲν δαίτην ἕνεκεν μὲν ἔρχεται.
ἰδὲ δὲ πινυμένη, καὶ φερταῖς ἔσται μέγα
τιῶντι λαβόντα, καὶ δαίτην καθόδου ;
φετὰ δὲ δὲ ἀφίγ. ἰδὲ δὲ δαλααίτην*

H h glvden

Mythologia.

αὐτὴν κίτρι . πάντα δ' ἐκ τῆς αὐτῆς ἔχει .

ἔδ' ἔστι δ' ἀπὸ μύου καὶ διδύμῃ ἔργα .

εἰ πάρος ἔργα ἢ κατὰ χθονὶ ἔργα .

Non est Venus ferenda, si multa affluat.

Cedentibus quæ sit benigna, quæ levis:

At si superbum repperit quem, quo putas

Tractavit illum more, quæ ve iniuria?

Percorrit æthera illa, rursus in maris

Vndis pererrat; inde nata cuncta sunt.

10 Hæc una Amorem seminavit, hæc dedit,

E cuius orti semine omnes adsumus.

Idcirco Homerus in hymno in Venerem omnes feras, & uolucres, & animalia, & omnes denique Deos illius ductu gubernari & frænari inquit in his carminibus;

Μουσῶν μὲν ἔπειτα ἔργα πλανήτων Ἀφροδίτης

αἰσχροῦ δὲ, ἃν διέταξε ἐπὶ γλαυκῶ ἔργα ἄστρον .

καὶ τ' ἰσομάχων θύλα κατὰ δυνάμεις αἰθρῶν,

πᾶσι δὲ διπλοῦσι, καὶ δυνάμεις αἰθρῶν,

ἢ δὲ τὸ ἄστρον πᾶσι τριφῶ, ἢ δὲ τὸ κίτριον .

20 Musa refer Veneris formosæ munia, Divis

Quæ superis olim teneros immisit amores .

Quæ genus humanum domuit, fidasque uolucres;

Atque feras omnes, quas pascunt æquora ponti .

Quæq; errant campis, quæ latis fluctibus errant .

Hanc uel Ioue ipso potētiorē esse scribit Theocritus in Europa his uerbis;

Δυνάμεις ἀπὸ τῆς αὐτῆς αὐτῆς ἑλισσῆς

αἰσχροῦ δὲ, ἃν διέταξε ἐπὶ γλαυκῶ ἔργα ἄστρον .

Perdomitus Veneris iaculis, leuibus ue sagittis,

Quæ domuisse Iouem uales una, Deosq; supernos.

30 Hanc unam denique mundum procreasse, & procreatum nutrire & conseruare crediderunt; quem nullo pacto sine Venere opera existimauerunt coagmentari potuisse, ut ait Orpheus;

πάντα γὰρ ἐκ τῆς αὐτῆς αὐτῆς ἑλισσῆς

καὶ κρατῆρος ἔργα ἄστρον, ἢ δὲ τὸ κίτριον .

ἢ δὲ τὸ ἄστρον πᾶσι τριφῶ, ἢ δὲ τὸ κίτριον .

ἢ δὲ τὸ κίτριον πᾶσι τριφῶ, ἢ δὲ τὸ κίτριον .

Omnia iunxisti, per te stant pondera mundi.

Imperitasq; tribus Partibus, atque omnia gignis,

Quæ mare, quæ cælum late, terramq; pererrant .

40 Fabulāntur poætæ Venerem Adonidis desiderio captam fuisse, quī natus fuerat è Rege Cinyra & Myrrha eius filia; q pastor fuit, ut testatur Virg. in Gallo. Enimvero postea Martis inuidia ab apro immisso cæsus est, ut ait Ouid. lib. x. Metam. eo, cum iuuentis esset & præualidus, plurimum Venus delectabatur, quare eius mortem grauissimè tulit, ut ait Theocritus in Epitaphio Adonidis, neque ullam tamen de illo stirpem suscepit: cum Anchise congressu Aeneam peperit; ex illo celebri Martis adulterio, suscepit Harmoniā; ut testatur Hesiodus in Theogonia, quam tamen alii Iouis & Electæ filiam fuisse putarunt. è Mercurio suscepit Hermophroditum, ut nomen ipsum significat;

gaificat; quod ita ait Ouid. lib. 4. Metamorph.

Mercurio puerum, & dius Cythereide natum

Naiades Idæis enutrire sub antris;

Cuius erat species, in qua materq; paterq;

Cognosci possent; nomen quoque traxit ab illis.

Concepit Erycem è Bute; uel ut alii maluerunt, è Neptuno; quem Hercules palestra suffocauit, ut ait Iliacus. fertur etiam Meligonis fuisse Veneris filia. fama est præterea quòd Venus Dionysium amauit, quoad Indicam expeditionem militante Venus Adonidis consuetudine fruebatur; mox coronata redeunti Dionysio occurrens & ipsum coronauit, & rogauit ut se sequeretur, quia iam nuphset. mox in Lampfacom profecta est, quia ibi uellet parere, quod gestabat in utero. At Iuno Zelotypia capta illius uterum per dolum concretauit, fecitque ut deformem puerum pareret, qui ingentia maximè haberet pudenda, quem postea Priapum nominauit, ut ait Possidonius in libro de Heroibus & Deemonibus. Nò defuerunt qui Suadelam quoque Veneris filiam fuisse dixerint, quæ sententia etiam fuit Sapphus. at Hesiodas in Theogonia è congressu Martis & Veneris. Timorem & Pallorem natos esse scribit in his;

ἄρταρ ἄρταρ

Marti clypeos atque arma secanti

Alma Venus peperit Pallorem, unaq; Timorem.

Suscepit Rhodum filiam præterea è Neptuno, ut sensit Herophilus; quam tamen Epimenides Oceani fuisse scripsit. Dicitur & Electryonem & alios quinque filios è Sole peperisse. At cum Vulcanum maritum haberet, nullus ex illo filius commemoratur, cum multos è uariis congressibus, diuersisque adulteriis à scriptoribus natos fuisse Veneris acceperimus. Sorrita est autè Venus multa cognomina uel à locis, uel conditoribus, uel euentis rerum; nã dicta est Salaminia, Acidalia, Paphia, Idalia, Cytherea, Erycina, Gnidia, Cyllenia, Melanis, Migonitis, Ascreza, Colias, Epistropa, Ambologera, Olympia, Speculatrix, Pontica, & multa alia præterea quæ numerare mihi uideatur supernacantum. multa fuerunt loca, in quibus eximie Venus colebatur, quorum quædam ita recensuit Ouid. lib. x. Metam.

Capta uiri forma non iam Cythereia curat

Littora; non alto repetit Paphon æquore cinctam,

Piscesamq; Cnidon, grauidamq; Amathunta metallis.

& Virg. lib. x.

Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera,

Idaliæq; domus.

Et quoniam Venerem rerum omnium genitricem esse diximus superius, nò est mirum si ad exprimendam eius potentiam Canachus Sicyonius illam ex ebore & auro ita fecit, ut capite polum gestaret, atque altera manu papauer altera malum punicum, ut scripsit Eratosthenes libro tertio. In huius Dexæ sacrificiis id moris fuit ut femora uictimarum omnium, præter quam suum consecrarent, cum alias partes Sicyonii iuniperi lignis adolerent, uerum cum torrentur femora cum illis folia herbe pæderotis incendebantur, ut ait Paus. in Corinthiacis. Hæc Dea, ueluti etiam ceteri, sua sacrificia prætermitti non æquo animo ferebat; quare cum Lemniæ mulieres Veneris sacrificia spreuissent, Dea maximè iram in se concitasse creditæ sunt, quod etiam

Hh ii non

Mythologia.

non impune putantur fecisse. Nam tantum scortorem illis excitasse sceminis Dea perhibetur, ut a suis maritis contemneretur. Earum mariti cum bellum aduersus Thraces per id tempus suscepissent, saepiusque captiuas inde abducerent, ac proprias uxores aspernarentur, decreuerunt mulieres homines omnes per noctem iugulare: atque non id solum fecerunt, sed etiam captiuas una cum illis trucidarunt. deinde ueritate ne cum filii adoleuissent patrum iniurias ulciscerentur, illos etiam ad unum obruncarunt, atque uniuersum genus de medio sustulerunt. illud autem effectum est ob Veneris indignationem, quae non leuiter ferre solet neglectum sacrificiorum honorem obliuisci, si ab aliquo parui fiat, ut ait Euripides in Hippolyto Coronifero in his;

10

*Πάλλη μὲν ἐβροχέει, κ' οὐκ ἀδύναται
 Διὶ κίχλας αἰετῆς, ἕρμαι' ἴστας,
 ἔπειτα σείσσω, τιμωρὶν ἄτλασταιν
 Νύκτωρ δ' αὖθις, καὶ ἑρπύλλιο χάλκω,
 τοῖς μὲν εἶβας καὶ τ' ἄρα περιβόητο κλέει.
 Ἐφ' ἅλλω δ' ἔπειθ' ἔφροντοισι π' ἔκατ' ἔμεγα.
 Ἐστ' ἴστω δὲ καὶ Διὶς γινώσκουσι,
 τοῖσι μὲν χαίρουσι ἀδύναται ἄπει.*

20

Inter uiros permulta, non ingloria
 Venus uocata sum; poli intra circulum,
 Pontum uel quisquis incolit, uel terminos
 Atlanticos, spectatque solis lumina,
 Si me colit, uires, decusque praebes.
 Superbientes rursus in me deprimis.
 Hoc est Deis commune, quod mortalium
 Honoribus lxtantur, & coli à uiris.

Dicitur hae Dea una cum Iunone & Pallade de formae praestantia contendentes ad Paridis iudicium uenisse, quae cum iudici Helenae adulterium ad illum corrupendum promississet, uictoriam ex illo iudicio reportauit. Veruntamen

30

dolosum illud iudicium uniuerso Troianorum imperio postea fuit calamitosum: quoniam stulta sunt omnia iniqua, sed omnium maxime Veneris opera quae fiunt, ut ait Euripides in Troadibus; quippe cum non solum à spuma, sed etiam ab infania Veneris nomen deduci possit, ut est in his carminibus;

*τὰ μὲν γὰρ πάντ' ὄντα ἀφ' ἡδύτης ἔρως,
 καὶ τοῖσι μὲν ἴστω ἀφροσύνη ἀρχὴ Διὶ.*

Mortalibus nam stulta cuncta sunt Venus:
 Recteque coepit nomen hoc infania.

40

Nam cum animorum motus, qui nos ad aliquam deformitatem morum, uitaeque turpitudinem inducunt, maxime uitandi sunt, tum Veneris titillationes praecipue, omnemque lasciuiam conuenit aspernari; quibus nihil neque turpius, neque minus honestum, neque magis calamitosum cuiquam contingere potest. Nam quis se hominem esse uere audeat dicere, quum se effrenata illa belluarum libidine in Venerem rapi patiatur? omnium sane uoluptatum, quibus homines uexantur, maxima & deterrima est libido rei Veneris, quae opes dilapidat, obest memoriae, uim oculorum labefacit, stomachum frigidiores & imbecilliores efficit, cum uim illam semen genitale secum afferat, quae cibus in stomacho concoquitur; ex quo plurima re-

rum

rum redundantium copia fit, malorumq; humorum abundantia in stomacho procreatur. Præclarum est igitur illud medicorum præceptum, semperque ad seruandam sanitatem in ore habendum; **V E S C I** citra satietatem; **I M-** **P I g r u m** esse ad laborem; **V I T A l e** semen conseruare; Res esse saluberrimas. Quare scite dictum est ab eo poeta;

*είνε, καὶ τὰ λιγυρὰ, καὶ ἡ περὶ κόπτε ἴσως,
ἔστι πῶς πρὸς τὴν εἰδὴ, ἀεὶ δίδω.*

Vina, lauacra, Venus, mortalia corpora frangunt:

Et citius Ditis Tartara adire iubent.

Quod si vehemens sit Veneris pruritus & titillatio; facilis sunt, & omnibus eiusce rei remedia, victus moderatio in primis, vnde præclare illud defluxit; sine Cerere & Baccho friget Venus. Neque id parum confert mandatū medicorum secundum, quod etiam ita recitauit Oui. in lib. de Remedio Amoris;

Otia si tollas, periere Cupidinis arcus.

Memoriæ prodidit Plutarchus in Symposiacis problematis ruram quoque, quam *αἰνῶν* & *τὴν αἰνῶν* vocarunt, non mediocriter conferre ob insitā illi à natura siccitatem, quam habet propter vim caloris. Nam genitale semen cogit & coagulat, quare etiam de illa ita scripsit Ouid. de Remedio;

Vtilius fumes acuentes lumina ruras.

Prodest lactucarum etiam vsus ad sedandam Venerem ob naturæ frigus. Id autem significare voluerunt antiqui poete, qui mortuum Adoniam inter lactucas à Venere depositū fuisse inquirunt. Scripsit præterea Nicandri enarrator cunilæ vsus, cum illa frigida sit, Venerem sedare, quare in Thesmophoriis, in quibus sacrificiis castos esse sacerdotes & aduentem populū oportebat, vt scripsit Hegefander, herba illa substernebatur. Fuerunt etiam loca huic rei accommodata, sicut Silemnus flumini non procul à Patris, vt refert Paus. in Achaicis, in quo viri vel femine lotæ priscorum amorum obliuiscerantur. & Sappho apud Oui. sublimem esse locum apud Nicopolim in Leucadia inquit, è quo se in mare præcipitantes, amoris obliuiscerantur: sic .n. inquit;

Constitit, & dixit, quid nunc non ignibus æquis
Vretis? Ambraciæ est terra petenda tibi.

Phæbus ab excelso quantum patet aspicit æquor,
Aëtrum populi, Leucadiumq; vocant.

Hinc se Deucalion Pyrrhæ succensus amore
Misit, & illæso corpore presit æquas.

Nec mora iussus amor fugit lætissima merfi
Pectora; Deucalion igne leuatus erat.

Hanc legem locus ille tenet; pete protinus altam
Leucada; nec saxo desiluisse time.

Hoc oïum remediorū vltimū, & non nisi furiosis hominibus adhibendū censuerunt, vt è præcipiti loco in mare nō sine maximo periculo desiliant. Quātū Cicero etiam libro quarto Disputationum Tusculanarum meminisse de hoc loco, vtpote è quo multi se præcipitauerunt; qui modum igitur vitio quærit, similiter facit, vt si posse putet eum, qui se è Leucade præcipitauerit, sustinere se cum velit. Huic Deæ rosa & myrtus arbor consecrata fuit, quoniā vtraque planta eximiam præ se fert pulchritudinem; rosa inter flores scilicet, myrtus inter arbores, vt ait Pausanias in posterioribus Eliacis, & Virg. Arglog. septima;

Populus

Mythologiæ

Populus Alcide gratissima, vitis Iaccho,
Formosæ Veneri myrtus, sua laurea Phæbo.

Non defuerunt tamen qui myrtum sacratam esse Veneri putarint, quod illa ornata Venus sit ad iudicium de forma cum Deabus profecta, atque victoriâ reportarit, quod innuit Nicand. in Alexipharmacis in his;

*Ἐπεὶ δὲ τὰς δαιμόνας τὰς ἑξήπερ ἔειπεν,
Ἐπεὶ ἰσθμίου μύρτου ἔστι τὸν ἄνδρα,
καὶ δασυπέφυκτον ἄνθρωπος ἔστιν ἵππερ ἢ ἰπιδόταρ
ἀλλ' ἔπειτα, ἀνθρώπων δὲ δαιμόνων ἵππερ ἢ ἰπιδόταρ.*

- 10** Præterea Dictynna tua est ex arbore ramos
Aspernata; tuam nec capic Iuno coronam.
Quod Venus Idæis est illa in montibus olim
Compta comas, vbi de forma contentio nata est.

Huic Dex Gratix dicuntur esse dicæ, quod nihil illis ignaris faciat: nam cū pomum à Paride esset captura Hymenæū, & Cupidinem, & Amores, & Gratiæ iussit aduocari, vt ait Pausanias. Quas etiam Veneris & Liberi patris filias quidam dixerunt. Atque hæc ea ferè sunt, quæ de Venere ab antiquis scriptoribus tradita sunt: nunc quid ea significant perquiramus. Nihil est autem aliud Venus, quàm occultum coitus desiderium à natura insitum ad procreandum, quod nos non ineptè vt arbitror, alicubi ita expressimus illâ amorem appellantes;

Nil amor est aliud Veneris quàm parua voluptas,
Quæ simul expleta est, inficit ora rubor.

Et Lucretius libro quarto;

Sic igitur Veneris qui telis accipit ictum,
Sive puer membris muliebribus hunc iacularur,
Seu mulier toto iactans e corpore amorem:
Vnde feritur, eò tendit, gressitq; coire,
Et iacere humorem in corpus de corpore ductum.

- 30** Namq; voluptatem præ sagit multa Cupido.
Hæc Venus est vobis: hinc ductum nomen Amoris.

Est autem permagnum huiusce rei argumentum, quod omnia verno aeris tepore ad procreationem excitantur; quippe cum idem poeta Zephyri aeram suavissimam Veneris nuntium appellarit, vt in his ait idem poeta;

It ver, & Venus, & Veneris prænuntius ante
Pennatus graditur Zephyrus vestigia propter.

- 40** Nata esse dicitur è spuma maris, quoniam semen genitale animalium nihil est aliud, quàm spuma sanguinis, & supernatans, vt est in secundo de Generatione animalium apud Aristo quare locus datus est fabulæ, quod è spuma genita sit. Venerem amorum Deam credidit Lactantius putatam, quia læna fuerit, quæ prima meretriciarum artem instituerit. Ducuntur verò similia simillium desiderio, vt canes canum, equi equarum, leonatum leones: quoniã dissimilium formarum prorsus nulla est inter se coniunctio. Efficax illud ipsum naturæ ductu, quæ spectra quædam à valde diuersis ab horrentia indidit singulis animalibus, vt irritum & inutilem coniunctionis laborem deuinent. Vt enim è magnopere differentibus arboribus fuculos arbores non recipiunt, ita neque marium forminx plurimum differentium congressu delectantur.

lectantur. Nam tametsi viperæ anguillarum atricis demulcentur, canesque luporum coniunctionem non omnino respuunt, cum è similibus propè corporibus simile semen profundatur, quod plurimum confert ad procreationem; tamen ex anguillis & auibus, aut dissimilibus plurimum animalibus, nihil nalceretur, si coniungantur: quare è consimilibus omnino aut parum differentibus fieri debet & solet generatio. Sunt igitur in singulis animalibus spiritus quidam ad conciliandos amores præpotentes, quibus temperies acris pro læna est: atque eorundem spirituum alii ad id munus tardiores sunt, alii promptiores & magis ingeniosi: quare accidit aliquando ut mas foeminam vel non visam amauerit, aut marem foemina. Alii naturam sapientissimam rerum harum parentem similibus & animorum & temperamentorum conciliatricem crediderunt, quæ radios quosdam occultos è toto corpore mittit; quos tamen alii ex oculis manare maluerunt, atque alterius animum percutere, atque illum, qui sit ictus, conuersum eò vnde percussus fuit, quamdam voluptatem diuinantem, & quasi præsentientem, similiisque coniunctionem appetentem, in eius desiderium delabi, quod desiderium Amor, & proprio nomine Cupido appellatur. Cum tamen eueniat aliquando ut ex altero tantum illi radii manent, cum ad scopum ob dissimilitudinem hæ peruenire non possunt, nullam se facere impressionem sentiunt, quare neque ita intenduntur, neque sunt diuini, & à suscepto negotio facile recedunt. Nihil enim natura frustra fieri diutius patitur. Est igitur Venus voluptas illa, quam animus è similibus coniunctione futuram præsentit, quare Dea credita est conciliandorum animorum. Alii motum illum animorum, qui sit ab ipsa natura per aeris temperiem, Venerem vocauerunt. Quod nata sic è spuma, ut diximus, illud sit, quia ex puriore sanguinis parte genitale semen secernitur: cuius rei indicium est, quod non minus stomacho, & memoriæ & aciei oculorum obest vsus Veneris, quam venarum incisio. Alii naturam è Ioue & Dione crediderunt, quoniam cupiditas procreandi è calore concipitur, & ex illa materia, quæ est inferior, nam Dione corruptibilis vniuersa materia nominari potest elementorum. Qui Cæli & Dicit filiam tradiderunt, si cum Theologia Christianis consenserunt: quoniam cum Deus omnipotens cælum & lucem & sidera creasset, mox rebus omnibus imprimendi amoris ad procreandum illis vim addidit, quare creatis animalibus & herbis statim inquit, crescite & multiplicamini. Hæc eadem causa fuit, cur fuerit præfecta nuptus. Hæc risus amica dicta est, vel quia per lætitiã amor conciliatur, vel quia tum maxime vigent animalia, cum apta sunt generationi, quod efficit æqua elementorum symmetria: qua etiam ratione dicta est vxor Vulcani. Hanc in adulterio cum Marte deprehensam ac retribus implicitam Vulcanus ridendam exposuit, neque, ut inter homines lex Iulia de adulteriis permittit, interfecit, vel quia fieri non poterat ut Dii occiderentur, vel quia tam crudele facinus committere turpe iudicauit, parumque viro bono, nedum Deo conueniens; cum vanam & temerariam illam esse hominum opinionem conaretur demonstrare, quæ apud vulgus increbuit, quod libidinosæ vxoris lasciuia viri boni castitas & integritas possit contaminari. Nemo enim alienorum peccatorum poenas dare merito debet. Præclare igitur statutum fuit apud Lacedæmonios, ut adulterorum, si qui deprehensus fuisset, pudende partes publicè in foro per tortorem sillicaretur, deinde ad quoddam tempus ex agro Lacedæmoniorum exularent. Dicitur vulnere

10

20

30

40

fuisse

Mythologia

fuisse à Diomede, ut est apud Homerum; quoniam illi, quorum in ortu Venus dominatur, facie sunt decora, animo elato, voluptatibus dediti; ac corpora debilia & rei bellicæ minime accommodata; quare cum illa in ortu Paris dominata fuisset, ita inquit Ouid. in epist. Helena;

Apta magis Veneri, quam sint tua corpora Marti;

Bella gerant fortes; tu Paris semper ama.

Hectora quem laudas pro te pugnare iubeto.

Huic Deæ non convenire aliorum Deorum officia dixit Iupiter, cum singuli Dii singulis officiis sint præfecti; quia nulla est tanta potentia, quæ per se satis valida sit, nulliusque alterius indigeat auxilio. Hoc enim maxime faciebat ad deprimendam mortalium arrogantiam & temeritatem, cum vel Dii ipsi non omnia posse, sed mutuis auxiliis indigere, dicerentur. Fabulari præterea sunt antiqui Venerem amantium periuria ridere, quia illi qui aliquo insigni animorum motu ad has res concitantur, non sunt sui compotes, sed eo affectu, quò fert impetus, rapiuntur. Nihil enim differt his rebus deditum iurare, ac si quis insanus se cum ratione in posterum velle insanire iuraverit; quippe cum uterque horum quò fert impetus, ac non quò ratio, trahatur. Dixerunt præterea Veneris currum ab oloribus trahi, quia mundities & corporis ornatus mirificè confert ad amorem conciliandum: est enim omnium ferè animam candidissima & maxime munda olor. Alii tamen ob salacitatem colubas ac passeret illius currum trahere sinxerunt. Atque cum tres esse Veneres dicantur, diverbi erunt & Amores siue Cupidines illarum filii. Illa quæ cælestis est Venus appellata siue Urania, purum significat, & sine corporis cupiditate, amorem; qualis est erga Deum & patriam & viros bonos ob aliquam virtutem, aut erga benevolentos: qui amor cælestis, & purus, & divinus, cum humana labe careat, potest appellari. Popularis Venus naturæ conjunctiones animalium quærit. At Venus cognomento Apollaphia, dicta fuit ab Harmonia; cui etiam crexit templum, quia cum multa turpiter per nefarios congressus fieri apud barbaros animadvertisset, leges ad coercendas cupiditates parùm honestas tulerit, & de stuptis incestis homines auerterit, ut nomè ipsum significat. Atque cum cælestis illa Venus, non, nisi ab animo temperatissimo procedere possit, merito in eius sacrificiis observatum fuit ab antiquis ne vinum omnium deliramentorum, omnisque intemperantiæ causa, offerretur. Illa Venus, quæ popularis est, neque vinum neque tumultentiam reicit, cum vulgi & turbulentorum motuum multitudinis Dea sit. Hanc Venerem, cum ex æris temperie gignatur, omniaque animalia ad procreandum impellat, rerum omnium procreatricem dixerunt antiqui, cum illa sit præcipue verni temporis benignitas, quam ita expressit Virg. in 2. Georg. lib.

Ver adeo frondi nemorum, ver utile sylvis.

Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.

Tum pater omnipotens fecundis imbribus Aether

Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes

Magnus alit magno commissus corpore fetus.

Auia tum resonant auibz virgulta canoris.

Et Venerem certis repetunt armenta diebus.

Parturit almus æger, Zephyrique tepentibus auris.

Laxant arua sinus: superat tener omnibus humor.

Nam physicas rationes in his complexus est Virg. quibus efficitur ut eo tempore

pore præcipuè animalia in Venerem concitentur; quam rem ita mira quadè poetica suauitate etiam Lucretius cum de Venere loquitur, complexus est;

Aeneadam genitrix, hominum Diuumq; voluptas
 Alma Venus; cœli subter labentia signa,
 Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes
 Concelebras; per te quoniam genus omne animantum
 Exoritur, vilitq; exortum lumina solis.
 Te Dæa, te fugiunt venti, te nubila cœli;
 Adventuq; tuo suaves tibi dædala tellus
 Submittit flores, tibi ridet æquora ponti,
 Paccatumq; nitet diffuso lumine cœlum.
 Nam simulæ species patefacta est verna diei,
 Et reserata viget genitabilis aura Fauoni,
 Aeris primum volucres te Diua, tuumq;
 Significant initum percussæ corda tua vi.

10

At grauiſſimus & ſuauiſſimus ſcriptor Euripides multò etiam clariùs demonſtrauit rerum omnium procreationem ex elementorum eſſe ſymmetriam; atq; vim illam ſiue diuinã quæ naſcitur è motu cœleſtium corporum, ſiue naturalem vocemus, quæ facit vt in hanc commiſtionem elementa ipſa deducantur, vel potius deducit, Venerem appellauit, quã ita de ſe dicentem is introducit, vt apud Athenæum illa carmina latina fecimus, cum variis ſimul & multis occupationibus diſtracti eodè tempore, & nuper poſt longum interuallum temporis ad libros reuerſi, opus illud omnium ſanè diſſicillimum & corruptiſſimum latinum facere conaremur.

20

Non ſentis ipſe quanta ſit Venus Dea?
 Nam nec reſerte, nec queas metirier,
 Sit quanta, quantum poſſit in mortalibus.
 Te nutrit ipſa, meq;, & omnes hæc viros.
 Conſidera: ſermone ne ſolo ſcias.
 Enucleabo robur ipſe re Dæa.
 Amauit imbrem terra: cum ſiccum ſolum eſt,
 Non eſt fera ſquallore, poſcitq; humidum.
 Amariq; cœlum pluribus plenum imbribus
 Ob hanc Deam terris deorſum cedere.
 Vbi duo miſcentur iſta, vnumq; ſit,
 Naſcuntur inde cuncta quæ nos nutriunt:
 Ob quæ viret, vigetq; vis mortaliam.

30

Hanc Deam iure Adonim amaſſe dicunt, qui Adonim ſolem eſſe arbitrati ſunt: quoniam ſine vi ſolis, nulla eſſet Venus. Hunc per brumam extingui dicunt, quia ceſſat eo tempore herbarum, & rerum multarum generatio. nam cum ſol obtuſos angulos facit, minor ſit eius virtus, ac frigora ſunt omnibus naturæ actionibus maxime aduerſaria. Nam cur illum mortuum inter lactucas depoſuit? propter frigus hyemis nimitum atq; per id tempus fiebant ſæra Adonia: cui ſabulæ addiderunt per Adonia fluium Adonim vocatum è Libano monte deſluentem ſanguinolentum fluere ſolicum. Addiderunt & Græcias illi filias, quæ cœleſti conueniunt, ob debitam omnibus bonis liberalitatem. Harum vna auerſa eſt, cum duæ Venerem reſpiciant, quia liberalis & magnanimi eſt maiori meſura reddere, quam acceperit. Sorores illæ dicuntur

40

li cunctur

Mythologia.

euntur manibus implicitis se tenere invicem, virginesque esse, & ridentes; quia nulla spe motos oportet dici liberales, cum mercatores sint potius qui ob aliquam spem benefaciunt. atque quæ in aliquem extat beneficentia, tū demum grata est, quæ ex hilari animo, minimeque inuito aut renitenti procedit. traditum est in fabulis Venerem iudicatam à Paride fuisse pulchriorē Junone ac Pallade, quia multò sunt plures qui corporis voluptates, quàm qui animi; qui vitia, quàm qui virtutē: qui turpitudinem, quàm qui gloriam sectantur. nam multi fuerunt qui dignitatem, qui honores, qui gloriam, qui præclaras gerendarum rerum opportunitates pro impuris voluptatibus reliquerunt; & amplissimas opes in eas profuderunt, qui tandem facti omnium hominum infelicitissimi propter libidinem in maximas miseras sunt delapsi. At verò quid sit Venus, & quas vires illi antiqui præbuerint, & quæ de illa fabulosè dicebantur, iam fere explicavimus, quo in negotio siquid reliquum est, id in Cupidine eius filio pertractabitur.

De Cupidine.

Cap. XIII.

30 **D**E Cupidine verò, quibus ortus sit parentibus, nō parva dubitatio est apud scriptores: quoniam alii unum esse Cupidinem, alii plures senserunt. Plato in Symposio Phædrum inducit ita de Cupidinis origine dicentem:

30 **mi** materia, quæ chaos dicta est, in lucem eduxisse, cum ita scribar;

ἐτι μὲν ἀραγίτη χάος γένετο, ἀγένητον
 τὰς ὑπερστυμίας πάντων ἐπι ἀφροδίτην
 Ἀθανάτω, ἣ ἔχουσι κέρη κροτάλλι δαύρωτον.
 τέρταρον δ' ἀριόντα μοχρὸν χέρον ἰσροδόν.
 ἐδ' ἔρε, ἣ κἀλλεῖται ἐν ἀλακάντοις θύισι
 λυσιμάν, πάντωντι θύω, πάντωντι ἀνδρῶτων
 ἀέρονται ἢ τῶντι εἰσι, καὶ ὑπὸ φρονου δουλῶ.

40 Ante chaos natum: superùm firmissima sedes
 Inde solum terræ latæ; tum tartara nigra
 Intra adytum terræ, & seralia claustra baratri.
 Inde ortus superos inter pulcherrimus omnes
 Dulce Deum, pariterque virum, gratumque Cupido
 Solamen, qui corda domat, mentesque feroces.

Nam statim post terram natum esse Cupidinem inquit, eumque eduxit ex illa informi materia. ac Aristophanes in Avibus Noctem Zephyrium ovum peperisse scribit, è quo natus sit Cupido, qui cum chao mixtus omne Deorum genus ex illo excitaverit; ita verò se habent carmina Aristophanis;

χάος ἦν, καὶ γῆ, ἔρως τε μέλας πρῶτος, καὶ τέρταρον ἄνθρωπος.